



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxvii. Ad horrorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

ueas , ne capiti admoueas feruentem de-
coctionem: lotumque in sole per horam
ponito , & illinc vbi ipsum tolles ; dulci
aqua lauato , ne pellis vastetur. tum vino
austero pinnae inspirentur : vel sarmenti,
aut fici , aut oliuæ cinerem quam minutissime
per cribrum cernas , accipitremque
illinas , eundemque linteo tegas , & pediculi
in linteum decident.

Ad horrorem.

HORRORE percellitur tum ex pediculis , tum aliis ex causis . Ei subuenit nefrendis caro. Auium caro cum sit calida , permultum ipsum exsiccat , & vna cum macie pediculos procreat.. Facit idem ouilla caro : at cornicinæ & coruinæ carnes omnino dandæ nō sunt. nam & salsa sunt , & valde pernicioſæ accipitri pediculis laboranti.

Item ad horrorem.

CVM horret accipiter, tum corpore concidit , tristique & ægroto est aspectu. Correptus hoc affectu excrementa reddit corrupta, male olentia : nisi morbo occursum sit, consumitur auis. Hoc remedio subuenitur,